

Præcognitorum Technologicorum

THEOREMA I.

Conf. B. Gerhard. Method. Theol. part. 1. c. 1.

Finis omnium studiorum nostrorum primarius debet esse Gloria DEI & proximi utilitas.

Theorematis hujus Thesis I.

Finis. τὸ γὰρ τέλος ἐνεκά γίνεται καὶ ἐστὶν ἕκαστον, i. d. part. animi. 1. E. & studia. Vulgo: Omnia agunt propter finem. Alias enim appetitus ferretur in infinitum, i. Ethic. 1.

II. Omnium. Tam Facultatum, ut vocantur, Superiorum: Theologie, Jurisprudentiae, Medicinae; quam Inferiae vel Philosophiae, & (quæ illis omnibus vel inserviunt vel imperant) Artium Humanitatis: Grammaticae, Dialecticæ, Rhetoricæ, † Poeticæ.

III. Studiorum nostrorum. Studium est † vehemens ad aliquam rem applicata animi occupatio, Cic. 2. d. Invent. i. e. * talis, quâ quis non tantum totus est in aliquâ re, sed etiam provehitur, h. e. operam dat sedulo & festinat, ut citò finem operatû assequatur. Unde & hæc vox Scal. o F. o esse videtur à Gr. ἀσθδῆς quod est à σπ Ὀδω, ich esse: Sicut vox Finis Scal. Patri à Fio d. plant. Finis enim est ἡ ἐνεκά τ' ἄλλα, i. Rhet. 6. οἶον τὸ πρὸς ἀπεινὴ ἢ ὑγίεια, s. Metaph. 2. 2. Phys. 3. Quod τῆς ἀσθδῆς ἐτυμον† involvere quog videtur Harmonia Lingvæ Germanicæ, eòq re- spexisse (quia non reddidit per embfig) Lutherus, quando illud Luc. 1, 39. μὴ ἀσθδῆς, Germ. reddidit: endelich: quo significat. Mariam non cessasse in suo itinere, sed ita perrexisse, ut citò terminum ad quem voluerit adipisci; id quod nihil est aliud, quàm illam κατὰ δύναμιν festinâsse. Planè quemadmodum† etiam Franci mei frigidis operarios aut servos in operibus ediosè cessantes excitant hac adhortationis formula: Gib enn: i. e. fac finem.

1
2
3. Studium quid?

4)

5

II

A 2